



IN OPUS MUSICUM
A V T O R I S.



Enit Olympiacæ jam M V S I C A plenior artis
Ad summum, & vix, quò progrediatur, habet.
Dulcicanò vocum modulamine M V S I C A mulcet
Marmoraq; & cautes Threiciasq; feras.
Hanc quia ferventi sequeris conamine, sollers
Tinctos Hyblæò promere melle sonos;
Atq; D E V M laudas, H A R T M A N N E salubribus odis,
Verbaq; dant aptos sensibus apta modos:
Non extrema ferēs victricis præmia palmæ
Inter Apollineos harmonicosq; Choros.
Cor micat, exsultant salisubsula pectora motu;
Audio te quotiens arte ciere modos.
D V L C O R inest G R A V I T A S Q V E illis genuina D E C O R.
Q V E est
Dulcis in ore sonus, gratus in aure tonus.
Indole mactæ tuâ! sacra perge sonare! Faceſſat
Turpe! locum in sacris nulla profana tenent.
Vive D E I in laudes liquidæ mulcedine Musæ,
Guttare vocales æquiparante cyncos!

M. JOHANNES WEITZIUS P. L. illustris
apud Gothanos scholæ Conrector.